PLERUMQUE UITIA
uirtutes esse mentiuntur,
Nam saepe sub parsimoniae no
mine se tenacia palliat, con
tra quod se effusio sub appella
tione largitatis occultat,
Saepe inordinata remissio pietas
creditur. & ineffrenata ira
spi taliter zeli uirtus aestimatur.
& saepe praecipitata actio uelocita
tis efficacia, atque agendi tar
ditas grauitatis consilium pu
tatur, Necesse est ut electus quis
que uirtutes acutia uigilanti
cura discernat, Ne aut cor tena
cia occupet. & parcum se uideri
in dispensationibus exultet,
Aut cum effuse quid fuerit perdi
tum, largum se quasi miserando
glorietur. Aut remittendo quod
ferire debuit, ad aeterna sup
plicia subditos pertrahat, Aut
inmaniter feriendo quod de
linquitur, ipse grauius delin
quat, Aut hoc quod agi recte
ac grauiter potuit, inmature
praeueniens leuiget. Aut bonae ac
tionis meritum differendo adde

teriora permutet, Aliquando
antiquus hostis humanis menti
bus pium aliquid insinuat ut ad
crudelitatis terminum dedu
cat sicut est cum plecti disci
plina culpam prohibet, quate
nus quae hic non premitur ge
hennae igne feriatur, Aliquan
do discretionis imaginem
oculis hominum inmundus
spiritus obicit. & ad indiscretio
nis laqueos perducit, sicut est
cum inpulsu eius pro infirmi
tate nobis plus alimentorum
quasi discrete concedimus.
sed indiscrete contra nos bella
carnis excitamus, Aliquan
do diabulus effectum simu
lat bonorum operum. sed per
hunc inquietudinem inro
gat malorum. sicut est cum
quae quiescere non ualet
quasi de otio iudicari timet,
Aliquando humani generis
aduersarius imaginem humi
litatis ostentat, ut effectum
utilitatis subtrahat, sicut
est cum quosdam plus quam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0274